



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Quatuor casus ex sparsim dictis deciduntur, num. 1. §. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

hunc, alium omnino inculpatè, & in voluntariè occidat, nec Ecclesiam violabit, quia id, pari modo, & sine peccato mortali occidentis, unde & sine Ecclesiæ voluntaria injuria, contingit.

x De Lug. d. 20. de Euch. sec. 2. n. 4.

37. Dico secundò: si culpa, unde processit occisio, sit aliunde, & non in genere injuriae vita vel effusionis sanguinis: ut si representando turpia, ibi mors alicujus omnino præter intentionem sequatur, Ecclesia / non violatur; ideo multo magis, si id cum errore contingat, nec violabitur Ecclesia, quia pariter non supponitur ea injuria, cuius est, Ecclesiam polluere.

f de Lug. ib.

38. Dico tertiod: si quis cum Ecclesiæ irreverentia occidere volens unum, casu & præter intentionem aliud involuntariè occidat, vel (quod in idem recidit) volens occidere Tuum, occidat per errorem Cajum, communis opinio relata num. 28. docet, pollui Ecclesiam, quia jam adegit peccatum mortale in hoc genere irreverentiae, & injuriae occisionis in Ecclesia: an vero ex secunda opinione allata num. 29. colligi posset, Ecclesiam non violari, quia tunc nulla est voluntaria injuria, sed solum materialiter, me sapientior expendat decernatque &c.

§. IV.

Quatuor casus ex sparsim dictis deciduntur.

*1. P*rimus casus. Occidisti Petrum, non quidem animo, ut Paulo

homicidium imputaretur, sed tamen quia prævidens, fore illi imputandum, animosius occidisti, spe imputatis; imo idcirco occidisti (qui casus est fortior) quia eam imputationem prævidisti; secus, nullo modo occisorus; ideo queris, quod peccatum contra Paulum commiseris? Respondeo; in utroque casu peccasti in Paulum, contra charitatem, non & tamen contra justitiam, quia sic nulla ratione fuisti externa causa imputationis; unde à restitutione immunis es, unde & ab irregularitate.

a Mol. t. 4. t. 3. d. 6. n. 4.

2. Secundus casus. Veneno infeci vinum bibendum à meo inimico; verum casu advenit amicus, & bilit, me vidente, & me (ne meum crimen proderem) tacente, sumne hujus amici occisor, & ideo irregularis? Respondeo, nequaquam, b quia hujus mors præter meam intentionem evenit: & ex alia parte, ego non fui injusta causa mortis, quia cum tanto periculo meo non tenebar, illum monere de venen.

b De Lug. t. 1. de just. d. 8. f. 6. n. 86.

3. Tertius casus. A sicarijs fuit Petrus metu mortis coactus ostendere Pauli domum; unde factum est, ut Paulus occisus fuerit, dominusque incensa, ad quid obligabis Petrum? Respondeo: Comitolus & damnat hunc homicidij, & restitutionis (unde & irregularitatis) quia peccavit contracharitatem justitiamque: neque enim metus mortis debuit illum excusare à tam gravi injustitia, cui ipse indicando ades cooperatus est. Rodriguez & Diana propendent ad eum.

S 2 liberata-



liberandum à restitutione, quia (ajunt) ipse non fuit causa moralis ejusmodi di damni, sed tota causa fuerunt latrones: ex quo, & ex principijs paulo superius allatis sequitur, nec esse irregularē.

c Comitol. apud Dian. mox cit. d Rōdr. quem sequitur citatq. Diana p. 5. tr. 4. ref. 63.

4. Ad idem videtur propendere de Lugo: e Si scias, inquit, Petrum querere inimicum, ad occidendum eum, & aperias illi, ubi sit, testificaris plane verum; sciens tamen Petrum illa notitia abusurum ad homicidium, ex sua malitia, non eris vere liber à peccato iniustitiae, sed particeps homicidij, saltem si nulla cogente necessitate cooperatus es. Notas illud? (nulla cogente necessitate) ergo ea cogente, ut certe est in casu proposito, liber ab iniustitia esse videris.

e De Lug. t. 2. de just. d. sec. 2. nu. 27. 41.

5. Quartus casus. Petrus detexit quemdam grassatorem latere in quodam antro, & Paulus videns latronem, clamavit, hic est latro; uterque, ut grassator & latro comprehendenterentur: suntne irregulares, secuta ejus morte? Respondeo, Bon. f Avila, g alijque docent esse; Turrianus, h & Diana i negant, nisi quando sic manifestantes essent accusatores vel testes necessarij ad cognitionem causæ, vel hoc facerent, ut ministri iniustitiae. Illos adi; hæc enim pertinent ad tractationem de censuris; nec omittatur Layman, l hæc & similia breviter complectens.

f Bon. de irreg. d. 1. q. 4. p. 1. n. 18.

g Avila alijq. apud eundem. In Turrianus apud Dian. mox cit. i Diana p. 2. tr. 5. ref. 30. 1 Laym. li. 3. sec. 5. p. 3. c. 7.

§. V.

Ex ijsdem sparsim dictis colligitur, quid sentendum sit de cooperantibus cum homicida.

1. **H**I sunt consilentes, auxiliantes, mandantes, ratum habentes, non prohibentes homicidium. De quibus a. hic breviter; aliquantulo enim fusius dicemus, cum agemus de restitutione, lib. 8. tr. 4. cap. 2. per totum.

a b. Lay. lib. 3. sec. 5. tr. 3. p. 3. c. 4. n. 5.

Consilens &c auxilians.

2. Qui maligno consilio vel auxilio, permovit hominem ad necem sibi, vel alteri inferendam, vere ac proprie homicida est, si eventus sequatur. Quod si ille aliquod, sed non determinatum propositum ante conceperat, quod maligno consilio, vel auxilio tuo magis confirmasti, natius quidem puniendus eris, sed irregularitatem non effugies. Si sit dubium, an permoveris, supra c diximus; si ille omnino determinatus erat occidere, mox n. 5. & omnino infra lib. 8. tr. 4. c. 2. §. 2. n. 6.

b Idem ib. v. id explicatius. inf. lib. 8. tr. 4. c. 2. §. 2. n. 6. c sup. l. 1. c. 3. §. 7. vers. damnum sequitur, d num. 2.

Man-

